

M. ANTONII MVR ETI DE  
METRIS TEREN-  
TIANIS.

**T**Erentij uersus duorum generum sunt; iambici,  
et trochaici. neque autem iambus in trochae-  
cum, neque trochaeus in iambicum admittitur. Iambi-  
cus initio fiebat ē solis iambis, ut,

Quid hoc noui est? quid ira nunciat deum?  
Et apud Terentium; si modo ita legendum est,  
Amantium iræ, amoris integratio est.

Terentianus ait, eos in tragœdijs, propter nimia ip-  
sorum leuitatem culpari. ego tamen Græcos poetas  
sæpe admodum usos re perio. ut Sophoclem,

πάλαι κακητῶντα, καὶ μετρούμενοι.  
Ἐτ ἐργοῦσιν, ἐννέπειρ δ' ὅτου χάριν.  
ὅτ' ἀλλοτ' ἀλλοι, ἐμπτυνδούσι ταλατθόν.

Et Aeschylum:

ἔγω δ' ἀτολμός εἰμι συγγενῆ θεόμ.  
ἀπας δὲ παχύς ὁσ τις ἀπνέομι ράτη.

Et Euripidem:

ἐκεῖθέν εἰμι. πάτησ' ετοῦσ' ἀπωλόμενος.  
οὐχ λαχεῖσθαί τοῖσιν εἰδόσιν.

Postea admissus est alternis spondeus, et omnes pe-  
des, qui illi temporibus sunt æquales: in quibus est et  
proceleumaticus. tribachys etiam, quod iambo tem-  
poribus par est, recipitur. creticus, quāuis uno tem-  
pore longior, tamen ipse quoq; receptus est. Iam-  
bici

112  
(170)

## IN HEC YRAM.

bici integri, id est, ἀκατάληπτος, semper ultimus pes est iambus. nam claudi uersus, id est, σκάζοντες, an in Plauto sint, alio loco uiderimus, in Terētio quidem non sunt. ne in Græcis quidem aut comicis aut tragicis usquam: itaque qui locum illum ex Aeschylo ita scripserunt,

Ἴν οὐ τε Φωνὴ μ, οὐ τέ του θρόνῳ μορφή μ,  
ει λι μ, ει αιος πληριμος, dum corrigere uolunt,  
de prauarunt. recte enim erat in Aldinis,

Ἴν οὐ τε Φωνὴ μ, οὐ τέ του μορφή μ θρόνῳ.  
Ultimus igitur semper iambus est. ceteris locis magna libertas. non tantū enim iambus, ει tribrachys, uerum ει spondeus, ει omnes spondeo temporibus per resquolibet alio loco, à latinis quidem comicis, tragicisq; ueteribus, sine ullo discrimine ponuntur, creticum ει proceleumaticum raro quidem, sed non nunquam tamen inuenias. iambicorum autem haec fere discrimina sunt. dimeter catalecticus:

{Date. mox ego huic reuertar.

dimeter acatalecticus:

Verebar, quorsum euaderet.

trimeter acatalecticus:

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit. tetrameter, siue quadratus catalecticus:

Sati' pol proterue me Syri promissa huc induixerūt.

tetrameter, siue quadratus acatalecticus:

Nihil est. triumpho, si licet me latere tecto abscedere. tetrameter, siue quadratus hypercatalecticus:

Atque

## DE METRIS.

Atque eius amicam subagitare. uel heri in uino  
quam immodestus. qui pentametros iambicos faciūt,  
nugantur. itaque hic quoque locus in Aeschylo de-  
prauatus:

Συκτοῖσι ηλέφας ὥπασεμ, τοῖσασδέ  
erat enim recte in Aldinis:

Συκτοῖσι ηλέφας ὥπασεμ, τοῖσασδέ τοι.

Trochaicorum apud Terentiū hæc fere ratio. tro-  
chæus quolibet loco ponitur: ut in iambico iambus.  
præter iambum, proceleumaticum, creticum admit-  
tuntur ijdem omnes pedes, qui in iambicum. trochai-  
cis autem utitur fere octonarijs, siue quadratis cata-  
lecticis:

Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, et stulti-  
tiae tuæ.

Vbi te uidi animo esse omisso, et suauia in præ-  
sentia

Quæ essent, prima habere, neq; prospicere in lon-  
gitudinem,

Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc pos-  
ses perdere.

Interdum autem apud hunc poetam ultima præ-  
cedentis uersus syllaba principium est in-  
sequentis. atque ita de Terentij  
uersibus breuiter à nobis  
disputatum sit.

F I N I S.

*Amor*

